



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vincentii Lirinensis Galli, Pro Catholicae Fidei Veritate et  
antiquitate, aduersus prophanas omnium hæreseon  
nouationes Libellus**

**Vincentius <Lerinensis>**

**Venetij, 1549**

De fide 7

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36089**

DETERMI. SCHOL. PARISIEN

iugum non est coniugum, nisi ex duobus fiat unus ex his  
bus aut quatuor una caro fieri no pot. Censur.

Hæ quatuor propositiones, quatenus per eas premit  
uidetur, matrimonium per adulterium dissolui quantum  
uinculum, hæreticæ sunt. Est enim uinculum matrimoniu  
re diuino indissolubile, ut ad Corin. scribens Apost. demon  
strat, cum inquit: His, qui matrimonio iuncti sunt, præcipio  
non ego, sed dominus, uxorem à uiro no discedere, quod si  
discesserit, manere innuptam, aut uiro suo reconciliari. Et  
rursum: Mulier alligata est legi, quanto tpe uir eius unitus.  
Eadem oīno est ratio de uiro sicut de muliere, quia euangel  
beati Pauli sñia: Sicut mulier sui corporis pñatem non ha  
bet, sed uir: ita & uir sui corporis pñatem non habet, sed  
mulier. Tanta præterea est indissolubilitas matrimonij, ut  
nec per hæresim (quæ fornicatio est spñalis) dissoluatur.

1.cor. 7

Titulus 7. De fide.

Propositio prima eiusdem. Iacobi 2.

Fides quæ friget absq; charitate, nec se profert ubiles  
postulat, ne fides qdē est: tantū est inane fidei nomen.

Propositio eiusdem secunda. Iacobi 2.

Fides & charitas natura coniunctissima sunt, & alterius  
ab altero diuelli no potest. Et paulo post: Charitas fidem co  
mes est indiuidua.

Propositio eiusdem tertia. In Elencho.

Certum est utrāq; alteri indiuiduam esse comitem.

1.cor. 13

Censura.

Hæ tres propositiones sunt hæreticæ, et sñia apostolo  
rum Pauli & Iacobi contrariae. Paulus namq; fidē sine cha  
ritate posse esse ostendit, cum inquit: Si habuero omnem fi  
dem, ita ut montes transferam, charitatem autē non habeā,

SUPER ASSER. D. ERAS. R.O. 8

nihil sum. Iacobus etiam in capite, in quo dicit: fidem sine Iacobi,<sup>2</sup> operibus mortua esse, appellat fidem simpliciter illam, quæ est sine operibus. dicens: Quid proderit fratres, si quis dicat se fidem habere, opera autem non habeat: nunquid poterit fides saluare eum? Vnde patet, quod fides absq; charitate aut bonis operibus appellanda est.

Propositio quarta Erasmi. Ioannis 3.

Sola fides purificat corda, redditq; idonea, quibus creantur coelestis philosophiæ arcana.

Propositio eiusdem quinta. Ioannis 8.

Sola credulitas uia est ad immortalitatem.

Propositio eiusdem sexta. Lucæ 24.

Quid exigit Christus à suis nisi fidē. Censura.

Tamen si requiritur fides ad assequendam beatam immortalitatem, & ad cordium purificationem, ut docent sacræ literæ: non tñ eam solam ad hoc requiri adstruunt, sed potius oppositum. Vnde ait Iacob. apost. Videlicet quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantū. Et Pau. Non Roma. 2. enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Quare propositiones cum huiusmodi exclusione positæ scripturis non consonant, quæ ubiq; bona opera prædicant, et offendiculum eadem propositiones aptæ sunt præstare pusillis: quasi uidelicet nō sint fidelibus necessaria bona opera, sed sola fides sufficiat ad salutem.

Titulus 8. De quibusdam desiderijs ad fidem spectantibus.

Propositio Erasmi. 1. in epist. præposita. 1. Corin.

Vt in illud saltē aperuisset Paulus, à quibus, quo tempore quo cultu, quo actu, quibus uerbis consecrari soleat panis ille mysticus, & sacrosanctū dominici sanguis